



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 21. Stephanus Paës Socios Tucumaniae & Paraquariæ inspicit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

Ferdinandus
Mennoius &
Joannes Viana
cælestibus
deliciis af-
flauunt.

CAPUT
XXI.
Stephanus
Paës & Socios
Tucumanic
& Paraquar-
iae inspicit.

1602.

Tucumania
Urbe resolutus
Visitator.

Praesertim
Tucumania
Metropolis.

De modo con-
tinuâdârum
Missionum.

Socii è Para-
quaria revo-
cantur.

CAPUT
XXII.
Assumpcio-
nis urbs
agerimè
fert Socio-
rum discel-
sum.

bus, in primis Barsenæ expeditionibus delineandis, stylum autem non commodaßsem. Illud addendum, quod in regione tot calamitatibus obſeffa, ubi humana refrigeria deerant omnia, Deus Athletis suis cælestia adeo abundanter subministravit, ut ad Provincialem suum scribentes affererent, verteri se, ne solatia illa, divinitus ad tempus immissa, præmia forent laborum ab ſe ſuceptorum cum cælestis mercedis detrimento: & addebat Joannes Viana, cumulatissime ætumnas suas, cælitus affuſis in animum deliciis, absque æterni præmiū ſpc, videri ſibi compenſatas. Fructus expeditionis fuit, Lullorum pagos omnes luſtrasse, residuos Ethnicoſ Christianis addidiffe, innumeris Matrimonium legitime in euntibus adfuſe, Neophytoſ omnes, ab tot annis Confessoriorum copiam non habentes, Quichoꝝ & Tonocotanæ linguaꝝ beneficio, expiaſſe; Kakanæ loquentes, per interpretēm procurasse. Nec cæterorum Sociorum inferioris nota facinora erant, per totam Tucumaniam infeſſima dæmoni arma circumferentium.

Dum ſic fetverent omnia, Stephanus Paës, vir inter nos troſ ſummis par, post inspectam cum Vicaria Generalis potestate Peruviam, in Tucumaniam penetrans, Socios hinc inde ſparſos Saltam convocat: quibuscum, initis conſcientiarum rationibus, in commune conſultat, num Societatis Instituto congruum fo- ret, Tucumaniaꝝ, Paraquariaꝝ que missionem eo modo, quo haētenus inſtituta fue- rat, continuare: nam multi graves vii ceneſebant perpetuas has excuſiones, ſine recurſu aliquo ad Collegia, & extra Provincialium aspectum, non eſſe Societati con-ducibiles. Quod dum agitarent, fasciculi litterarum ab omnibus fermè Tucuma- niaꝝ urbibus miſli aperiuntur, quibus Magistratus ſignificabant, rumorem incre- buiſſe, incredibili Ordinum omnium meroſe, Socios omnes in Peruviam ab ipſo Visitatore retrahendos, rogaſantque pet Sacra omnia, ne tantum malum ſuis ur- bibus creaſter. Sed p̄a ex teris: Sancti Jacobi urbs, Tucumaniaꝝ caput, ut digni- tate, ſic Patrum deſiderio, per accuſatores litteras expreſſo, excelluit: nam, aiebat, ſi Societas abiret, verteri le, ne Cælum, quaſi Lotho in tutum recepto, urbem ſuam incendio deſtinaret: deviaturos ſe, ſi columna ignea, quam via ducem in de- ſerta ſolitudine haētenus ſequi fuerant, ab ſe auferretur: addebaat, Indorum ab Sociis baptizatorum in Fide conſtantiam ab unis iſdem, poſt Deum, pendere: ſi deſererentur, in priſtinos errores relapsuros: & alia huiusmodi multa, quibus per- motus Visitator, non jam de deſerenda miſſione, ſed de modo continuanda cum noſtro Instituto conguente, donec Generalis Præpoſitus moneretur, achtavit: &, habito Patrum-consulto, ſanxit, ut ſingulis annis Socii per Tucumaniam ſparſi, in aliquam urbem conuenientes, quatuor mēſium ſpatio non interrupto, ad no- ram Collegiorum viuerent; reliquos mēſes excuſionibus Apoſtolicis dedicarent: conſervatis interim domibus noſtriſ in urbibus erectis in ſpem fundandæ, quod agi- tabatur, Provinciaꝝ. Cum verò de Paraquaria ageretur, nullo modo adduci po- tuit Stephanus Paës, ut Socii in ea remancerent. Nam cum Assumptionis urbs ſeptingentis leucis Limâ diſtet, & Guaitania nongentis, fieri non poterat, ut eō ſe Peruani Provincialis cura extenderet: conguentiū itaque ipſi viſum, ſi ea Re- gio, Brasiliæ obverſa, Brasiliſ Patribus colenda traderetur. His in hunc modum ordinatis, cum Didaco Torres, ſocio ſuo, in procuratorem Romam pro Peruana Provincia iturum electo, dimiſſis priuis cum reſponsis litterarum ad urbium Ma- gistratus Patribus, Limam, Proregis ſedem, contendit. At Socii Tucumaniaꝝ ur- bibus poſtliminiō redditi, tantā omnium Ordinum aggratulatione excepti ſunt, quantam exprimere calamus non ſufficit. Ne verò ab inſpectoſ arbitrio im- poſterū pendērent, pleraque Civitates, litteris ad Societatis Generalem Præpo- ſitum miſſis, ſediuſ perpetuitatem poſtulavēre.

NON eadem erat Paraquariaꝝ facies: nam ubi Litteræ Visitatoris, Socios inde revocant, per Assumptionis urbem diuulgataſ ſunt, immensū quātum omnis generis homines indoluere, Patres ſuos, atque unicos æternæ vitæ duces, ex inſperato ſibi eripi conquerentes. Alii acriū agebant, palam jaſtant, male com-

penſari